



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-214331-p0001-8

DFG

1520.
69 1593,4
22

DISPUTATIO
DE
M V T V O:
MATERIA IN
S C H O L I S E T F O-
R O F R E Q V E N T I S S I M A
E T V T I L I S S I M A.

DE Q V A,
D E O O P T : M A X : A V S P I C E ,
P R A E S I D E
M A G N I F : N O B I L I S S :
E T C O N S V L T I S S : D O M I N O
N I C O L A O R E V S N E R O I C T O , E T A N -
T E C E S S O R E , A C I L L V S T R I S S I M O -
R V M S A X O N I A E D V C V M
C O N S I L I A R I O ,

*Publicæ exercitationis causâ disputabit in Aca-
demia Salana*

L E V I N V S A S C H V L E N -
B V R G K E Q : M A R C H I C V S
V V . P . M . Fil.

In novo auditorio ICTORIUM, ad diem
4. April: manè hora VI.

I E N AE

Typis Tobiae Steinmanni. Anno M. D. XCIII.

CITATVS 21C
M A G N I F I C I S , N O
B I L I S S I M I S , A M P L I S S I M I S ,
S P L E N D I D I S S I M I S Q . V I R I S ,

D. L V D O L P H O A B A L V E N S L E B E N ,
SENIORI, ARCHIEPISC: MAGDEB: AVLAE
QVONDAM MAGISTRO SVPREMO, DOMINO
IN HVNDESVRG, Newen Gatersleben/
ET CALBA. &c.

D. G E B H A R D O A B A L V E N S L E B E N ,
L. F. RESIDENTI IN FRIEDEBVRGK &c.

D. L V D O L P H O , E T D. B U S S O N I
CLAMERO, CATHEDRALIS ECCLE-
SIAE MAGDEBURGENSIS CANONICO, FRA-
TRIBVS GERMANIS A B. ALVENSLEBEN ,
IOACHIMI FILIIS, DOMINIS IN CAL-
BA, ET ERXLEBEN &c.

D O M I N I S C V R A T O R I B : C O-
G N A T I S , A F F I N I B V S E T P R O P I N -
Q V I S S V I S , I M P R I M I S O B S E R V A N D I S ,
D I L E C T I S , S V M M O Q . S T U D I O
C O L E N D I S ,

Hanc disputationem de materia mutui ardua sane
& difficillima, utilissima tamen, & necessaria,
I N S C R I B I T , O F F E R T ,
D E D I C A T :

Levin von der Schulenburgf Wer-
ners S. Sohn.



REDITI APPELLATIO VT-
pote generalis, ad omnes contractus, quos
alienam fidem secuti instituimus, ab Ulpiano
refertur; propriè autem MVTVM eo de-
notatur.

Mutuum est contractus, quo rei alicuius
quantitas ea lege datur alteri, ut aliquando eiusdem generis
alia reddatur.

Cuius proprium hoc est, ut illud quod datur accipien-
tis fiat: vnde recte mutuum, quasi de meo tuum fiat, appella-
tum est.

Qua ratione à commodato discernitur, quippe in quo
dominium rei commodatæ apud commodantem remanet.

Sed hoc tamen ita lex meo tuum fieri debet, ut aliquan-
do rursus ex tuo meum fiat, quando nimirum par pro pari
redditur.

Non enim tamen in persona dantis, quam redditis,
mutui contractus consistit, ut recte loquitur Varro.

Vnde licet cautum non sit, ut res æquè bona reddatur:
tamen id ipsum, Pomponio teste, tacitè acutum intelligi ur.

Quod adeo verum est, ut creditor vel minus, vel dete-
rius, vel aliud pro alio, accipere non cogatur, quemadmodum
DIVI DIOCLET: & MAXIMINVS rescripserunt.

A 2

Nisi

9.

Nisi expressè inter partes aliud conuenerit, quo casu
conuentioni standum esse Modestinus docet.

10.

Porrò mutui datio consistit in ijs rebus, quæ pondere,
numero & mensura cōstant, h. e. quæ & vſu consumuntur, & in
genere suo functionem per solutionem recipiunt.

11.

Vnde etiam liquet, pisces, carnes, candelas &c. si ad
pondus dentur, in hunc contractum venire, quemadmodum
Azo cumq; secutus D. Borcholten contra quosdam tenent.

12.

Quod & in grege receptum esse, si modò venierit ad nu-
merum, Doctores testantur.

13.

Quo sit, ut res mutuo accepta debitori pereat: siue casu,
siue culpâ hoc fiat.

14.

Quandoq; tamen res, quæ pondere, numero & mensurā
non constant, si aestimatæ dantur, in mutui obligationem ve-
niunt.

15.

Si verò species non aestimata, sed ut eam vendas, & pre-
cio vtaris, data fuerit, vbi eam vendideris, mutuum contra-
ctum erit.

16.

Depositum quoq; vel ex alia causa debitum voluntate
creditoris in mutuum conuerti potest.

17.

Sed tunc demum mutuum erit, si debitor rem vel moue-
rit, vel à creditore petierit.

18.

Quanquam verò re contrahatur mutuum, nihilominus:
tamen consensus eorum qui contrahunt, in eadem re & causa,
omnino interveniat necesse est, idq; ex generali illa Pedij rati-
one,

282

one, qui nullum esse contractum, nullam obligationem, qui non habeat in se conuentionem sive consensum, eleganter dixisse fertur.

19.

Traditione quoq; opus est: siquidem in creditum non itur, neq; dominium, quod in eo necessarium est, transfertur: nisi simul res tradita fuerit.

20.

Sed & stipulatione mutuum informatur: quæ licet iniutilis fuerit, mutuum idcirco non vitiabitur.

21.

Quinimo & stipulationi aliquando pactum in continentia adiectum inesse, Aphricanus docet.

22.

Mutui datio, licet per se gratuita sit, atq; hoc pacto à fœnore (vt Cuiacij verbis utar) distingui soleat: tamen quandoq; vel ex stipulatione usuræ debentur.

23.

Vel damnum, quod ex mora debitoris creditor sensit, resarcendum erit.

24.

Nunc quæritur, an integrum sit debitori, cui spe futurae numerationis promissum est, si velit, pecuniam non accipere? & affirmatiuè respondet Gaius, quod & verius esse putamus.

25.

Quin & creditor, nisi stipulatio interuenerit, sententiam suam mutare non prohibetur.

26.

Proinde mutui datio interdum pendet, vt ex postfacto confirmetur, interdum cum ab initio non subsistat, postea tamen per consumptionem conualescit.

27.

Eodem modo & solutio, quæ ab initio valida non erat, consumpta pecunia quandoq; ne condici possit reconciliatur.

28.

Et consumpta quidem pecunia dicitur, non solum si

amplius non exstet, sed & si ita commixta sit ut secerri nequeat.

29.

Porrò & usucapione & stipulatione mutuum de re aliqua factum reconcilari solet.

30.

Ceterum ut mutuum recte contrahatur, necesse est, ut is qui mutuo dat, & dominus rei sit, & eius conditionis, ut rei suæ dominium in alium transferre possit.

31.

Quemadmodum & vice versa requiritur, ut is qui accipit, possit & dominus fieri, & tanti obligari.

32.

Hinc pupillus mutuum contrahendo ne naturaliter quidem obligatur, nisi in quantum sic factus locupletior.

33.

Quod & in furioso, & eo cui bonis interdictum est, receptum esse constat, ut neque dare, neque accipere mutuum recte posserit.

34.

Sed nec filius familias dando accipiendove mutuum, excepta studiorum caussa, obligari potest.

35.

Nisi credita pecunia in rem patris versa fuerit, seu filius ille familias castrensis bona habuerit.

36.

Temporarij verò magistratus, qui prouincias regunt, qui ve circa eos sunt, mutuam vel fœnebrem pecuniam dare, principalibus constitutionibus prohibentur.

37.

Nec sanè refert, siue per nosmetipos, siue per alium nostro nomine mutuum contrahatur.

38.

Nam & qui per procuratorem contrahit, per se ipse contraxisse videtur.

Vnde

283
39.

Vnde etiam ciuitates per Syndicos & administratores, aliosue Reip: nomine contrahentes, obligantur.

40.

Dummodo tamen ciuitatis nomine pecunia accepta in eius utilitatem versa fuerit : ceteroqui non ciuitas, sed qui cius nomine contraxit, obligabitur, teste Vlpiano.

41.

Hactenus quid sit, quomodo & a quibus recte contrahatur, quibusq; in rebus consistat mutuum, dixisse sufficiat : sequitur ut modos, quibus finiatur, breuiter attexamus.

42.

Solutione itaq; eius quod debetur, vel etiam rei alterius, volente & consentiente creditore, mutui obligatio tollitur.

43.

Præterea & nouatione mutuum dissoluitur, quando scilicet vel in re vel in persona aliquid nouatur, ex quo obligatio noua nascitur, altera scilicet in hanc penitus transformata atq; translata.

44.

Item & confusione, quando alter contrahentium alterius heres efficitur.

45.

Sed & iuramento, quod vim solutionis habet, creditum expirat.

46.

Perinde ut & publicatione bonorum debitoris, ob maleficium aliquod : quo casu omnes actiones, obligationesq; in fiscum transfunduntur.

47.

Quin & ope exceptionis, videlicet per pactum de non petendo, aut per rem iudicatam, aut per exceptionem præscriptionemue temporis mutuum tollitur.

48.

Deniq; per remissionem indebiti a creditore factam,

A 4

sive

sive illa tacita sit , sive expressa , mutuum perimitur : æquè ut
& restituzione chirographi seu instrumenti debitum remissum
intelligitur.

49.

Vbicunq; ergo certum aliquod ex contractu etiam in-
certo debetur , si præsens sit obligatio , locum habet CERTI
CONDICIO.

50.

Quòd si in diem vel sub conditione obligatio fit, ante di-
em vel conditionem actio non competit.

51.

Certum autem est , quemadmodum Paulus definit, cuius
species vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine
suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, qualis
quantaq; sit, ostenditur.

52.

Nec requiritur ut per se certa sit demonstratio , sed suf-
ficit, etiamsi per relationem ad aliud fiat.

53.

Illud ipsum autem quod certum est , vel ut detur , vel ut
restituatur, vel ut tradatur, vel ut fiat, peti potest.

54.

Cum dari petimus, quia dandi certa obligatio est, dubi-
um non est, quin certi condicione agere possimus.

55.

Sin verò petamus rem nostram nobis restitui , nisi fur-
tiua ea sit, condici non potest.

56.

Quod si deniq; dari fieriue res petatur , quia & facta in
obligatione non sunt , & id quod eius interest ex iudicis de-
pendet arbitrio, condici regulariter non potest.

57.

Et licet hæc condicío cum alijs actionibus concurrat :
utilis tamen est, & quia causam illustrat, & quia nullam ex cau-
sa etiam famosa irrogat infamiam.

Sed

58.

Sed edictum hoc, SI CERTVM PETATVR, præcipue
ad mutui causam pertinet.

269

59.

Statim ergo ubi mutuum contractum est, creditori nasci-
tur actio.

60.

Eaq; & in singulos, si plures obligati sunt, diuiditur, & in
heredes transit.

61.

Sed nec creditor plus quam mutuo datum est, extra ca-
sus supra enumeratos exigere potest.

62.

Quandoq; tamen creditor non rem ipsam, sed eius aesti-
mationem petit: & tunc aestimatio fieri debet pro tempore
& loco, in quo vel ex conuentione debitum est soluendum,
vel res ipsa, si nihil conuenerit, petenda est, atq; hoc ipsum Sa-
bino etiam placuit.

63.

Solidum quoq; debitum exigere is potest, qui pignus
non idoneum accepit: quandoquidem pignus utilitati credi-
toris inseruire, non ei nocere debet.

64.

Quod adeo verum est, ut detur etiam actio creditori,
qua debitorem, si eius culpa in pignore deceptus sit, stellio-
natus reum arguere potest.

65.

Neq; interest, etiam si res credita in debitoris utilitatem
versa non fuerit.

66.

Cœterum iure singulari hæc actio interdum alijs perse-
cutionibus præfertur.

67.

Sed & filius & seruus, qui peculiares nummos credere
possunt, patri, seu domino actionem acquirunt.

Filio

68.

Filio tamen studiorum gratiâ absenti, Prætor actione extraordinariâ succurrit.

69.

Procurator autē vel seruus, si domino iam mortuo stipulatus est, nihil agit: si sibi, hereditati actionem acquirit.

70.

Et si is pecuniam exegerit, debitores liberantur: credendo autem coheredes non obligat.

COROLLARIA.

I.

Si moneta extrinsecus tantum mutata est, ita ut pecunia in obligationem deducta, nunc plus vel minus valeat, quam tempore contractus exposita fuerit: quæritur an & tunc ratio temporis contractus iniri debeat? Et hoc ipsum de Iure ciuili verius putamus, quamvis communis opinio contrarium teneat.

II.

An emptio antui reditus sit licita? Et receptam esse omni iure defendemus,

III.

An mutuans supra sortem usurarum & pens

265

pensionis nomine iure communii aliquid stipula
lari possit; Affirmamus.

IV.

Vtrum mutuans nominatim pecuniam,
ad refectionem domus, habeat eam refectam sis-
bi tacite & auctoritate Legis obligata, vt præ-
feratur in hypotheca illius domus alijs credito-
ribus, anterioribus etiam tempore; Et bīc
affirmatiū respondemus.

F I N I S.



285

et p[ro]p[ri]etatis invenit[ur] ut in ceteris etiam quod
admodum invenit[ur] in aliis.

VI

propter misericordiam suam V
debet fieri obsecrari, autem mortis gloriam
et uita, usq[ue] ad eum in his uerbis uocato[rum]
et deinde in eum propria uerba uocato[rum] uocari
ad hoc quod est in aliis scriptis, ut dicit
propter misericordiam suam.

212.1.8

Jura, Diss., 1579-1600



3

L
Sb.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-214331-p0016-1

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.



1599,4
22

DISPUTATIO
DE
M V T V O:
MATERIA IN
S C H O L I S E T F O-
R O F R E Q V E N T I S S I M A
E T V T I L I S S I M A.

DE QVA,
DEO OPT: MAX: AVSPICE,
PRAESIDE
MAGNIF: NOBILISS:
ET CONSULTISS: DOMINO
NICOLAO REVSNERO ICTO, ET AN-
TECESSORE, AC ILLVSTRISSIMO-
RVM SAXONIÆ DVGV M
CONSILARIO,

*Publicæ exercitatiois causâ disputabit in Aca-
demia Salana*

LEVINVS A SCHVLEN-
BVRGK EQ: MARCHICVS
VV. P. M. Fil.

In novo auditorio ICTorum, ad diem
4. April: manè hora VI.

I E N AE

Typis Tobiae Steinmanni. Anno M. D. XCIII.

